

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA CONCILII TOLETANI DVIDECIMI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

CONCILIVM TOLETANVM DVODECIMVM

duces promulgationis vestre sententias coram positi p̄noscentes, eo illas incōmissas sibi terrarum latitudine inoffendibili exerant iudiciorū instantia, quo presentialiter assistētes p̄spicua oris nostri perceperint instituta, Omnes tamen in cōmune cōuenio & vos patres sanctissimos & vos illustres aule regie viros, quos interesse huic sancto cōcilio delegit nostra sublimitas p̄ diuini nominis attestationem & terribile cūctis futuri iudicii diem, vt sine personarū acceptione aliqua, vel fauore, sine aliquo quoq; aut maligne cōtentionis scrupulo, aut subuertēde veritatis studio, que vestris sensibus audienda in gesserint sana verborū examinatione discutite, saniori q; iudicio comprobate, vt collatarū habita pri⁹ deliberatione causarū discreta nostri ordinis condatur probitas titulorū, qualiter cum nos amor equitatis in negotiorū acceleratione reddiderit feruidos, efficientia quoq; iustorū operum cōnectat deo perhenniter sociandos, vt bonorū vestrorum actibus letabundus & presentis vite capiam lucrum, & eternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datū sub die quinto idus Ianuarii, Anno felicit̄ primo regni serenitatis & tranquillitatis nostre in dei nomine toleto.

SVBSCRIPTIO.

A In nomine domini Flauius eringius rex, Magna salus populi gentisq; nostre ac regni cōscribitur si hec synodalia decreta gestorū, sicut pio deuotionis nostre studio acta sunt, ita incōuulsibilis legis nostre valido oraculo cōfirmētur, vt quod serenissimo celsitudinis nostre iussu venerandis patrib⁹ & clarissimis palatii nostri senioribus decreta titulorū exaratione est edictum, presentis huius legis nostre edicto ab emulis defendatur, Est enim hec ipsa definitio canonū sub isto notata ordine titulorū.

INCIPIVNT CAPITVLA EIVSDEM CONCILII.

Capitulum primum.

- | | | | |
|------|--|------|---|
| i | De agnita & confirmata prelatione fastigii principalis in nomine sancte trinitatis. | | per legem que de promotione exercit⁹ facta est testificandi licentiam perdiderint. |
| ii | De his qui penitentiam cōsentientes accipiunt. | viii | De his qui vxores suas diuortio intercedente relinquunt. |
| iii | De culpatorum receptione, vel cōmunionē apud ecclesiam. | ix | De confirmatione legum que in iudeorum nequitia promulgate sunt earundēq; legum prefixo ordine titulorū qui in eodem canone annumerantur. |
| iiii | Vt in locis vbi episcopus non fuerit nunquam episcopus ordinetur. | x | De his qui ad ecclesiam confugium faciunt. |
| v | De quorundam consuetudine sacerdotū fedissima qui oblatis deo sacrificiis non cōmunicant. | xi | De cultoribus idolorum. |
| vi | De concessa toletana pontificis generalis synodi potestate, vt episcopus alterius provincie conuiuentia principum in vrbe regia ordinetur. | xii | De indicto temporis cōstituti quod debeat concilium celebrari. |
| vii | De recepto testimonio personarum que | xiii | Conclusio definitionum, in qua & deo gratie referuntur & p̄ principe exoratur. |

Expliciunt capitula.

INCIPIVNT DECRETA CONCILII TOLETANI DVODECIMI.

B PRIMO DIE SYNODALIS EXORDII CONSIDENTIBVS ep̄is atq; senioribus palatii vniuersis, habita est primo de sancta trinitate collatio, non que nouello exactionis stilo definita patefceret, sed que verbis simplicioribus sese p̄gris sensibus patefacta monstraret, vbi p̄missa semper lectio prederet, qd sequens expositio aperiret. Credentes pariter & docentes de eadē sancte fidei puritate quicquid euangelica & apostolica traditio sanxit, quicqd sancta synodus nicena constituit, quicqd cōstantinopolitana patrū aggregata collectio p̄mulgauit, quicquid ephesini cetus definitio docuit, sicut multorum catholicorū patrū documēto expositū traditumq; nobis accepimus, sicut etiam in missarum solemnibus patulis confessionū vocibus proclamamus.

Credimus

Credimus in vnum deum patrem omnipotentem factorem celi & terre, visibilium & inuisibilium conditorem, & in vnum dominum Iesum christum filium dei vnigenitum, ex patre natum ante oia secula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum, omouison patri hoc esse eiusdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt que in celo & que in terra, qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus est passus sub pontio pylato, & sepultus tertia die resurrexit, ascendit in celos, sedet ad dexteram patris. Iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum dominum & viuificantem, ex patre, & filio procedentem, cum patre & filio adorandum, & glorificandum, qui locutus est per prophetas, Vnam catholicam, & apostolicam ecclesiam, Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen.

Capitulum primum.

Post pacifica ergo huius sancte fidei collationum studia, illa se primum nostris sensibus saluatoris cognitio cognoscendam inuexit, quetanto corda omnium ardore charitatis astrinxit, quanto se per eandem ipsa cognitio in conuentu generalis concilii prenoscendam exiliuit. Et enim sub qua pace vel ordine serenissimus eringius princeps regni conscenderit culmen, regnandique per sacrosanctam vunctionem suscepit potestatem, ostensa nobis scripturarum euidentia docet, in quibus & preceptis, & vumbe principis penitentie susceptio nascitur, & translatus regni honor in huius nostri principis nomine deriuatur. Idem vumbe dum ineuitabili necessitudinis teneretur euentu, suscepto religionis debito cultu, & venerabili tonsure sacre signaculo mox per scripturam definitionis sue hunc inclitum dominum nostrum Eringium post se preelegit regnaturum, & sacerdotali benedictione vngendum. Vidi mus enim & pariter patulo alterne visionis intuitu prelucente perspeximus huius premissi ordinis scripturas, id est notitiam manu seniorum palatii roboratam, coram quibus antecessor princeps & religionis cultum, & tonsure sacre adeptus est venerabile signum. Scripturam quoque definitionis ab eodem edictam vbi gloriosum dominum nostrum Eringium post se fieri regem exoptat, aliam quoque informationem iam dicti viri in nomine honorabilis & sanctissimi fratris nostri Iuliani Toletane sedis episcopi, vbi eum separauit pariter & instruxit, ut cum omni diligentia iam dictum dominum nostrum Eringium in regno vngere deberet, & omni diligentia vunctionis ipsius celebritas fieret. In qua scriptura & subscriptione eiusdem Vuambe principis clauit, & omnis euidentia confirmationis earundem scripturarum sese manifeste monstrauit. Quibus omnibus approbatis atque perfectis dignum sane nostro cetui visum est, ut predictis definitionibus scripturarum nostrorum oim confirmatio apponatur, ut qui ante tempora in occultis iudiciis prescitus est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo iuramenti que predicto viro Vuambe dum regnum adhuc teneret alligata est, hunc solum qui permanet serenissimum Eringium principem obsecutura grate seruitutis famulatu sequitur & libera, quem & diuinum iudicium in regno preelegit, & decessor princeps successorem sibi instituit, & quod superest quem totius populi amabilitas exquisiuit. Vnde his precognitis atque prescitis seruiendum est deo celi, & predicto principi nostro Eringio regi, eique pia deuotione obsequendum, & promptissima voluntate agendum, & enitendum quicquid eius saluti proficiat, quicquid gentis sue utilitatibus & patrie consuluerit. Vnde non erit iam deiceps ab anathematis sententia alienus, aut diuine animaduersionis ultione securus quisquis contra salutem eius deinceps aut erexerit vocem, aut commouerit cedem, aut quacunque exquisierit ledendi ultionem.

Capitulum secundum.

Plerumque hi quibus miseratio domini etiam volentibus subuenit, beneficiis dei videntur esse ingrati, & abuti gratia largitoris quam bene vbi poterant consequi absolutionem facinoris. Impugnare sepe quod honorare debuerunt, & prophetis questionibus indulte gratie munus a se reiciunt quod summis votis amplecti debuerunt. Etenim multos sepe aspeximus in salute positos ultimum desiderantes penitentie fructum, ut rursus nimietate egritudinis ita loquendi, & sentiendi naturale perdidisse officium, ut nulla illis cura salutis sue videretur inesse, nullo etiam pristina deuotionis noscerentur desiderio anhelare, quorum tamen calibus fraternitas condolens ita talium necessitates in fide suscepit sua, ut ultimum illis tribuatur viaticum, scilicet ne sine fructu penitentie videantur transire e seculo. Quod si forsitan respiciente domino salutis pristina reformatur, agunt cautionibus vanis, & oppositionibus execrandis qualiter a se tonsure venerabile signum expellant, atque habitum religionis abiciant, imprudentissime asserentes ideo se nullis regulis ecclesiastice discipline sub hoc voto teneri, quia penitentiam nec ipsi petierunt, nec consentientes.

N. i.

acceperunt, quorum impudentia diuine bonitatis que eos ad tam venerabile ac secundi fructus vocauit sacramentū turpiter imemor, & obstinata procacitas non aliquādo diceret talia, si qualiter ad vitam per sacrosancti lauachri gratiam veniret meminisset, etenim paruulorum infantium vita originali peccato obnoxia, que nulli propter etatem discernendi vel expetendi sensui aptior iudicetur nisi ex sponione fidelium baptismi accipiant sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria, id appetere possunt. Vnde sicut baptisma quod nescientibus paruulis sine vlla contentione in fide tantū proximorum accipitur, ita penitentie donū qđ nescientibus illabatur aliisque impugnantia violationis hi qui illud exceperint obseruabunt. Si quis autem quolibet modo penitentiam accipiens hoc violauerit synodale institutum, vt vere transgressor paternis regulis ferietur, Nec enim ista statuente sacerdotibus quosq; vt passim, & licenter donum penitentie non penitentibus audeant prorogare absolui mus, sed hos qui qualibet sorte penitentiam susceperint, ne vltius ad militare cingulum redeant religamus. Sacerdotes tamen qui non consentiendo neque penitentie ausu tenerario penitentiam dede rint, neque se exhortatu eius qui penitentiam accipit vel manuum indicis, vel quibuscumque aliis euiden tibus significationibus inuitatum fuisse probauerit vnius anni excommunicationis sententie subiacebit.

Capitulum tertium.

- A Vidimus quosdam, & fleuimus ex numero culpatorum receptos, in gratiam principum extorres extitisse a collegio sacerdotum, quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo se solui licetius curat, ibi alios alligat, & quos in suam communionem videtur suscipere, a communione, & pace ecclesie videtur separare, vt qui cum illo conuescentur sacerdotum communione sola priuentur. Et ideo quia remissio talium qui contra Legem, gentem, vel patriam agunt per definitiones canonum antiquorum potestate solum regia punitur, cui & peccasse noscuntur ab eis nulla se deinceps abstinere sacerdotum communio, sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mente sue effecerit, hos etiam sacerdotum, & populorum conuentus suscipere in ecclesiasticam communionem debet, vt quod principalis pietas habet acceptum non a sacerdotibus dei debet esse extraneum.

Capitulum quartum.

- B Maiorū institutionibus ausu temerario contraire, & scđorū patrū decreta cōuellere & superiorū suorum effrenata libidine contra sanctissimam apostoli doctrinam sanctionibus reniti qđ aliud est qđ viculum societatis Christi abrūpere, & usurpate presumptionis licentia statum ecclesie dissipare. Prosequente igitur venerabili & sanctissimo viro fratre nostro Stephano emeritensis sedis episcopo res nobis nouelle presumptionis usurpatione sese intulit pertractanda, tanto communi nostro iudicio conuellenda, quanto & prauitatis ausu noscitur perpetrata. Dixit enim violentia principali se impulsū fuisse, vt in monasterio villule in qua venerabile corpus sanctissimi Pineui confessoris debito quiescit honore nouam episcopalis honoris ordinationem efficeret, & ideo ex indiscreto, & facillimo assensu iniustis Vuambe principis iussionibus parens nouam & iniustam illic pontificalis sedis prelectionem induxit, vbi canonica constitutio id fieri omnimoda ratione refellit, predictus idem vir prostratus humi medicamine nostri precepti, & sibi dariveniam petit, & quid potissimum fieri oporteat de persona eius qui illic ordinatus fuerat nostri oris sententia decerni poposcit. Sed quia veraciter immo cōmuniter noueramus predictum principem concilio leuitatis agentem non solum precepisse vt in predicto loco aliquis episcopus fieret, sed etiā ita cū cōsuetis obstinationib⁹ definisset vt in suburbio Tolitano in ecclesia Pretoriensi scđorū Petri & Pauli ep̄m ordinaret, necnō & in aliis vicis vel villulis similiter faceret, ideo pro tam insolenti huiusmodi extirpationis licentia quid de hac re hñt instituta canonum in medium proferri precipimus. Tunc hec in ordine cōstituta plecta sunt. Imprimis ex epistola pauli titi discipulo, vt episcopos per ciuitates constituere debeat precepit. Item ex concilio Niceno titulo octauo vbi inter cetera precipitur, vt in ciuitate vna non videantur duo episcopi esse. Item ex concilio Laodiceno titulo quinquagesimo septimo, vbi dicit. Non oportet in vicis, & in villulis ep̄os ordinari, & cetera. Item ex concilio Africe secundo titulo. v. vbi felix ep̄s Selemtitanus dixit, Etiā si hoc placuit sanctitati v're insinuo, vt dioceses que nunq̄ habuerunt ep̄os nō habeant, diocesis que aliquando habuit hēat ppriū ep̄m, scđm aut hāc psecutionē scđtatis v're ē estimate qđ fieri debeat. Genedi⁹ ep̄s dixit, Si placet insinuatio fr̄is & coep̄i nr̄i felix, ab oib⁹ cōfirmetur, ab vniuersis ep̄is dictū ē, placet. Itē ex cōci. Africe. iiii. ti. xlii. vbi dicit. vt nō accipiat alterū ep̄m plebs q̄ i dioc. sep̄ subiiciuit. Ep̄goni⁹ enī ep̄s inter

episcopus inter cetera sic dixit, Hoc dico, non debere rectorem accipere eā plebem que in diocesi semper subiicit, nec vnq̄ proprium episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo cetui placet hoc quod prefatus iam confirmetur, Aurelius episcopus dixit, Fratris & cōsacerdotis nostri persecutioni non obliſto, sed hoc me fecisse, & facturum esse profiteor. Item ex concilio Sardicensi vbi inter cetera precipitur. Licentia passim danda non est. Si enim subito aut vicus aliquis, aut modica ciuitas cui satis est vnus presbyter voluerit sibi episcopum ordinari ad hoc vt vileſcat nomen episcopi & auctoritas, non debent illi ex alia prouintia inuitati facere episcopum in quibus antea nō fuit. Item de sententia eorum qui huiusmodi ordinationes faciunt, vel de his qui contra hec instituta canonum ordinantur ex cōcilio Tauritano titulo vbi dicit, Gestorum quoq̄ seriem conscribi placuit ad perpetuam disciplinam quod circa octauum vrsionem Remigium Adreie episcopum synodus sancta decreuit, qui in vſurpationem quandam de ordinatione sacerdotum ad inuidiam vocabatur, quod ita his videtur indultum, vt de cetero hac auctoritate commoniti nichil vſurpare conentur, siquidem se ab hac causa tali excusatione deſenderint, qua dicerent se non esse prius conuentos. Proinde iudicauit synodus, vt si quis ex hoc fecerit contra instituta maiorum, ſciat is qui ordinatus fuerit sacerdotis se honore priuandum, & ille qui ordinauerit auctoritatem se in ordinationibus, vel in conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratum episcopum hec sententia preualebit, sed & circa omnes simili errore deceptos, qui ordinationes huiusmodi perpetrarunt. His ergo fortissimi regulis effectu in pii operis opposcentes, in communi definitione elegimus vt in loco villule supradicte deinceps sedes episcopalis non remaneat, neq̄ episcopus illic vltra constituendus exiſtat, hic tamē conuictus qui contra maiorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententiis vſcendus, quia non ambitione, sed principis impulsione constituitur ordinatus, & ideo hoc illi remedium humilitatis concedimus, vt in sedem aliam decedentis cuiuslibet episcopi transferatur, & predictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus non episcopali vltra priuilegio fretus, sed sub regimine abbatis (ſicut hic vſq̄ fuit) erit modis omnibus mancipandus, iam vero de cetero generale ponentes edictum. Si quis contra hec canonum interdicta venire conatus fuerit, vt in locis illis episcopum eligat fieri vbi episcopus nunq̄ fuit anathema sit in conspectu dei omnipotentis, & insuper tam ordinator quam ordinatus gradus sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum patrum decreta, sed apostolica ausus est conuellere instituta.

Capitulum quintum.

Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sancte gratiam sumere, quot sacrificia in vna die videntur offerre, sed in vno die, si plurima per se deo offerant sacrificia in omnibus se oblationibus a communione suspendunt, & in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sancte gratiam sumunt, quasi non sit totiens illi vero & singulari sacrificio participandum quotiens corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi immolatio facta cōſtiterit. Nam ecce apostolus dicit, Nōne qui edunt hostias participes sunt altaris? Certum est quod hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt dominicis sacramentis. Quicunq̄ ergo sacerdotum deinceps diuino altario sacrificiū oblaturus accesserit, & se a communione suspendit, ab ipsa qua se indecēter priuauit gratia communionis anno vno repullum se nouerit. Nam quale erit illud sacrificiū cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus est tenendum, vt quotienscunq̄ sacrificans corpus, & sanguinem Iesu Christi domini nostri in altario immolat, totiens perceptionis corporis & sanguinis Christi participem se prebeat.

Capitulum sextum.

Illud quoq̄ collatione mutua decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam ciuitatibus decedentibus epis propriis dū differtur diu ordinatio successoris, nō minima creatur officiorū diuinorum oſſenſio, dum tractu terrarum commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedentis presulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio preſtolari. Nascitur sepe & nostro ordini de relatione talium difficultas, & regie potestati dū consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet iniuriosa necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hispanie atque Gallie saluo preuilegio vniuscuiusque prouintie licitum maneat.

N.ii.

deinceps Toletano pontifici quoscūque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani pontificis iudicium dignos esse probauerit, in quibullibet prouintiis in precedentium sedibus preficere presules, & decedentibus episcopis eligere successores, sic tamen ut quisquis ille fuerit ordinatus post ordinationis sue tempus infra trium mensium spatium proprii metropolitani presentiam visurus accedat, qualiter eius auctoritate vel disciplina instructus cōdigne suscepte sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam, aut neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit quibus nequeat metropolitani sui obtutibus presentari, excommunicatum se per omnia nouerit, excepto si regia iussione impeditum se esse probauerit. Hanc quoque definitionibus formulam sicut de episcopis, ita de ceteris ecclesiarū rectoribus placuit obseruādū. Capitulum septimum.

A **C** Omnis disciplina sic subiectos debet arguere, ut spem venie non videatur auferre, nec funditus curuationis indicere iugum, sed temperantie semper adhibere consultum. Et ideo quia legem illam a domino Vuambano principe edictam que de prodicione est annotata, huius principis nostri domini Eringii mansuetudo temperare disposuit, ideo annuente nobis glorioso, & religiosissimo Eringio principe nostro necessarie hoc sanctum concilium definiuit, ut hi qui per superiorem legem testificandi dignitatem perdididerint, recepto testimonio pristine dignitatis causas exequi possint debite actionis equaliter nobilitatis solide titulum reportantes, & queque de preteritis legitime testificari voluerint licentie obtineant votum, & iudicibus nullis prohibentibus arceantur, hoc videlicet adiacientes ut si quid in preteritis testificari voluerint, si pro sola huius rei infamatiōe reiecti sunt, testimonio suo nunquam conquirant quod in preteritis conquirere potuerant, tantum si illo tempore quo in preteritis ad testimonium dicendum vocati sunt, & supradicte legis institutionibus reprobati, & aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut tricennium tunc effluxisse cum ad testimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobaauerant manifeste conuincerint.

Capitulum octauum.

B **C** Preceptum dñi est, ut excepta causa fornicationis vxor a viro dimitti non debeat, & ideo quicumque citra culpam criminis supradicti vxorē suā quacūque occasione dimiserit, quia quod deus iunxit ille separare disposuit, tamdiu ab ecclesiastica communione priuatus, & actu omnium Christianorum maneat alienatus, quamdiu societatem relicte coniugis sinceriter amplectatur, & foueat. Ita tamen ut qui iam admoniti a sacerdote semel bis terque, ut corrigerentur ad thorum sue coniugis noluerint redire, ipsi se suis meritis & a palatine dignitatis officio separabunt, & insuper generose dignitatis testimonium quamdiu in culpa fuerint amissuri sunt, quia carnem suam dissidii iugulo tradiderunt.

Capitulum nonum.

C **C** De iudeorum autem execranda perfidia discretis titulorum sententiis deditas nouiter a glorioso principe leges vigilantī sensuum intentione perlegimus, districto etiam grauitatis pondere earum instituta probauimus. Proinde que debite rationis iudicio edite synodali dignatione probate sunt, irreuocabili deinceps iudiciorum ordine pro eorum excessibus tenebuntur. i. leges que de commemoratione priscarū ceremoniarū iudeorum transgressionibus promulgate sunt, atque de nouella confirmatione earum. Item de blasphematoribus sancte Trinitatis. Item ne iudei aut se, aut filios suos, vel famulos a baptismi gratia subtrahant. Item ne iudei more suo celebrēt Pascha, vel carnis circuncisiones exerceant, ac ne Christianum quemque a fide christi dimoueant. Item ne iudei sabbata ceterasque festiuitates ritus sui celebrare presumant. Item ut omnis iudeus diebus dominicis, & in pnotatis diebus ab opere cesset. Item ne iudei more suo diiudicent escas. Item ne iudei ex propiuitate sui sanguinis cōnubia ducāt, & ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant. Item ne iudei religioni nostre insulantes sectam suam defendere audeant, nec a fide refugientes alibi se transducant, Et ne quilibet refugientes eos suscipiat. Item ne xpianus a iudeis quodcūque muneris cōtra fidē xpī accipiat. Itē ne iudei libros legere audeāt quos xpiana fides repudiat. Itē ne iudeis mancipia deseruiant, vel adhereant xpiana. Itē si iudeus se xpianū esse testetur, & ob hoc nō velit a se reiecere mancipiū xpianū. Itē pfectio iudeorū, quomodo vnusquisque ad fidē veniens indiculum professionis sue cōscribere debeat. Item cōditiones iudeorū quas iurare debeāt hi, qui ex eis ad fidē veniētes pfectiones suas dederint. Itē de xpianis mancipiis iudeorū que se nō perdididerint xpiana, siue de publicatoribus eorū. Itē ne iudei a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem xpianum quemque impetere plectere, vel distringere audeant. Item ut si iudeorum serui nec dum adhuc conuersi ad Christi gratiam conuolauerint libertati donentur. Itē ne iudei administratorio vsu in ordinem villicorum atque actorū xpianā familiā redigere

laudeant, & de damnis eorum qui talia ordinanda iniunxerint. Item iudeus ex aliis prouintiis vel territoriis ad Regis nostri ditionem pertinentibus veniens Episcopo loci, vel sacerdoti se presenta- re non differat, vt quid sciat eū in toto obseruare cōueniat. Item vt concursus iudeorum diebus institu- tis ad episcopum fieri debeant. Item vt quicūq; iudeum secum assequentem habuerit expetente sacer- dote eum apud se retinere non audeat. Item vt cura omnis distringendi iudeos solis sacerdotibus de- beatur. Item de damnis sacerdotum, vel iudicum qui iudeis instituta legum adimplere distulerint. Item ne iudices quicūq; de perfidorum excessibus extra sacerdotum cōnuentiam iudicare presumāt. Item vt episcopi tunc immunes habeantur a dānis cū eorū p̄bros ad ea que ipsi nō correxerint remi- serint corrigenda. Item de seruata principibus miserendi potestate in his qui conuersi ad fidem Chri- sti veraciter fuerint. Item vt episcopi omnes iudeis ad se pertinentibus libellum de suis editum errori- bus tradant, & vt professiones eorum, vel conditiones in scriniis ecclesie condant. Quarū omnium le- gum promulgatio grauida sicut synodali iudicio comprobata, ita generali omnium nostrorum defini- tione in eorū erit deiceps excessus exercēda. Capitulum decimum.

A Pro his qui quolibet metu vel terrore ecclesiam appetunt consentiēte pariter gloriosissimo dño no- stro Eringio rege hoc sanctum concilium definiuit, vt nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel damni, seu spoliū residentibus in loco san- cto inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt per omnia licitum in triginta passus ab ec- clesie ianuis progredi. In quibus triginta passib⁹ vniuscuiusq; ecclesie in toto circuitu reuerētia defen- datur, sic tamen vt hi qui ad eam confugiunt in extraneis, vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscedāt, sed in hoc triginta passuum numero absq; domorum extraneorum receptaculo progredientes aditum obtinebunt, vt ad requisite nature vsum debitis exeant locis. Et nullomodo te- neatur euentu necessitudinis, qui dominicis se defendēdos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tētauerit violare, & ecclesiastice excommunicationi subiaceat, & seueritatis regie feriat ser- tentia, ipsos tamen qui ad ecclesiam cōfugium fecerint, si iuxta priscorum canonum instituta, hi qui eos repetunt sacramenta reddiderit, & sacerdos ecclesie ipsius ab ecclesie non abstraxerit foribus, aut fuga talium si euenerit sacerdoti querenda est, aut damnorum sententia secundum electionem prin- cipis huiusmodi sacerdotibus irrogāda. Capitulum vndecimum.

B Precepta domini sunt dicētis. Nō facies tibi sculptile neq; omnem similitudinem que est i celo de super, & que in terra deorsum, nec eorum que sunt in aquis sub terra, nec adorabis ea neq; coles. Item, Qui immolat diis occidetur preterq; domino soli. Item vir aut mulier qui faciūt malum ante conspe- ctum domini dei sui, & transgrediuntur pactum illius, vt vadant, & seruiāt diis alienis, & adorēt eos vel solem & lunam, & omnem militiam celi que nō p̄cepi, & hoc tibi fuerit nūciatum, audiēs q; inqui- sieris diligēter, & verum esse reppereris, & abhominatio facta est in irasēl, educes virum ac mulierem q; rem sceleratissimam ppetrauerūt ad portas ciuitatis, & lapidibus obruētur. Precepta dñi hec nō in vl- tione, sed in terrore deliquētū apponētes nō mortis sniam pmulgam⁹, sed cultores idolotū, venerato- res lapidū, accēsores facularū, & excultores fontū admonemus, vt agnoscāt qd ipsi spōtanee se morti subiiciūt q; diabolo sacrificare vidētur, mortis enī noīe diabol⁹ appellatur sicut de eo scriptū ē, & erat il- li nomē mors. Ac pūide oē sacrilegiū idolatrie, vel qcqd illud est cōtra sanctā fidē in quo insipientes ho- mines captiuati diabolicis culturis inseruiūt sacerdotis vel iudicis instātia inuentū, vt sacrilegia eradā- tur, & exterminata trūcentur. Eos vero q; ad talē errorē accurrūt, & verberib⁹ coerceāt & onustos ferro dñis suis tradāt, si tñ dñi eorū p iusurādū attestatiōe pmittāt se eos tā sollicitē custodire, vt vltra eis nō liceat tale nefas cōmittere. Qd si dñi eorū nolit hmōi teos in fide sua suscipe, tunc ab eis a qbus co- erciti sunt regiis aspectibus p̄sentētur, vt princeps auctoritatē, ac liberā de talib⁹ dñandi ptatē obtineat. Dñi tñ eorū q; nūtiatos sibi taliū seruorū errores vlsci noluēt & excōicatiōis sniam p̄ferāt & iura ser- ui illi⁹ quē coercere noluēt se amisisse cognoscāt. Qd si ingenuorū p̄sone his errorib⁹ fuerit iplicate, & ppetua excōicatiōis snia feriātur, & arctiori exilio vlscātur. Capitulum. xii.

C Placuit huic sc̄to cōcilio, vt iuxta priorū ep̄orū singulariū puintiarū canonū instituta ānis singulis in vna q; pūitia kalēdis nouēb. cōciliū celebratur cōueniāt, q; q; aut in p̄dictis Kalendis nouemb. pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debite subiacebit.

Capitulum decimumtertium.

D Premissis his omnibus synodalibus gestis que honesto decretorum sine compleuim⁹ perpetuū his robur p manuū nostrarū subscriptionē anectimus, dātes pro his gloriā & honorē immortalī deo & dño N. iiii.

nostro quo inspirante, & determinationis nostre sententia viguit, & probitas causarum honesto se sine compleuit, Vnde sancte Trinitatis poscimus inenarrabile nomen & gloriosam ineffabilis potentie maiestatem, vt det amatori christi serenissimo domino nostro atq; amantissimo Eringio principi, cuius iussu ad huc meruimus aduocari aduentum imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de iustitia premium, de pietate tropheum, quo & hic inuictus victor hostium semper appareat & post diuturna huius seculi curricula ad regnum eternum cum suis omnibus coronandus perueniat, prestante deo & saluatore Iesu Christo domino nostro qui cum patre & spiritu sancto in Trinitate viuunt & regnat deus in secula seculorum. Amen.

Consummatum est hoc sanctum concilium, Die octaua kalendarum Februariarum, anno feliciter primo, serenissimi domini nostri Eringii regis Era. dccxviii.

A



Vianus dei gratia spalenis ecclesie sedis episcopus hec synodica instituta a nobis edita subscripsi. Ego Iulius indignus vrbis regie Toletane sedis episcopus hec synodica a nobis instituta subscripsi. Ego Iuba indignus braccarenis sedis episcopus. Hec synodica a nobis instituta edita subscripsi, Ego Stephanus sancte Emericitane ecclesie episcopus Hec synodica. a. n. i. edita subscripsi, Affalio dei misericordie Auelensis ecclesie episcopus hec synodica a nobis instituta edita subscripsi. In Christi nomine Leander hilitane, & Iotane eps Hec synodica a nobis instituta edita subscripsi, In Christi nomine Palinatius vrcitane ecclesie episcopus, Hec synodica instituta a nobis subscripsi. Concordius palatine sedis episcopus, similiter subscripsi. Riccila hacitane ecclesie episcopus similiter subscripsi. Sinpernus erpauicenis episcopus, similiter subscripsi. Sparendeo talice, sis episcopus sedis, similiter subscripsi. Geta elipensis ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Memori? egobinensis ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Tructimundus elborensis episcopus subscripsi. Idorus sitalensis episcopus, similiter subscripsi. Gendētius valeuēsis episcopus, similiter subscripsi. Deo datus segonienis episcopus, similiter subscripsi, gentinus tudēsis episcopus subscripsi. Eroaticus portucalensis episcopus, similiter subscripsi. Felix irrienis ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Antoninus bastine ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Proculus iugastrēsis ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Atala cauriensis ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Separatus vefensis ecclesie episcopus, similiter subscripsi. Prouidentius salamanticensis episcopus ecclesie, similiter subscripsi, Argibado eliberitane episcopus ecclesie similiter subscripsi. Sisebado ducite ecclesie sedis episcopus, similiter subscripsi. Ellafegotiensis episcopus, similiter subscripsi. Sebarianus noxienis episcopus, similiter subscripsi. Iohānes pacensis episcopus, similiter subscripsi. Teudulfus astigitane episcopus subscripsi. Samuel gundulfus. Eufraſius terdoratus bateradus abbas subscripserunt. Annibonius presbyter tenens vicem domini nostri Subdemerī ecclesie complutensis episcopi subscripsi. Sefulfus hec instituta quibus interfui annuens subscripsi. Raccaredus, similiter subscripsi. Vuitiza similiter subscripsi. Vuimars similiter subscripsi. Theuditendila, similiter subscripsi. Ostulfus similiter subscripsi. Salimurius similiter subscripsi. Theudefridus similiter subscripsi. Hildigifus similiter subscripsi. Vitulus, similiter subscripsi. Edila similiter subscripsi. Adeluibus similiter subscripsi. Attulfus similiter subscripsi.

B

Quibus omnibus synodalibus gestis decretis atq; peractis, & debitam reuerentiam honoris impendimus, & patulum auctoritatis nostre vigorem, his innectere pperamus. Ideoq; premissas has constitutiones synodicas a presenti die, vel tempore, id est ab octauo kalen. Februarii. Anno primo regni nostri nullus audeat contemnere, nullus etiā pterire, nemo earūdem cōstitutionū audeat iura cōuellere, nullus temerator hec decreta subuertere, Nemo illicitator, vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahat, sed generaliter per cūctas regni nostri prouintias hec canonū instituta nostre glorie temporibus acta, & auctoritatis debite fastigio prepollebunt, & inuiolabili tenore iudiciorum habebuntur. Si quis autem hec instituta contemnat, contemptorum se nouerit damnari sententia, id est vt iuxta voluntatē nostre glorie, & excommunicatus a cetu nostro resiliat, & isuper partem decimam facultatis sue fisci ptibus sociandā amittat, qd si nihil habuerit facultatis vñ pdictā cōpositionē exoluere possit, absq; alia infamia sui quinquaginta oportebit eū ictibus verberari. vt semp infamis pmaneat. Edita lex in confirmatione concilii Toletani, sub die octoua kalen. Februarii, anno feliciter primo regni glorie nostre, In nomine Domini Flauius eringius rex hoc legis nostre edictum in confirmatione huius concilii promulgatum subscripsi.

Explicit concilium Toletanum duodecimum.

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM TERTIVM AC-
TVM ERA. DCC. XXI. ANNO QVARTO ERINGII REGIS.



LIBATE CHARITATIS INSTINCTV ALTERNIS VI-
sionum obtutibus redditi & in vnū cetū factore deo pariter aggregati in eccle-
sia videlicet sanctorū apostolorū petri & pauli, anno regni quarto serenissimi
Eringii principis sub die secunda nonas nouēbris .era dcc. xxi. cum vnusquisq;
nostrū debitis locaretur in sedibus, affuit idem princeps pleno fidei ardore sub-
nixus, & humilitatis gratia decoratus, qui synodo deliberationis sue vota comi-
mendans, & vt pro se deum instantissime deprecaretur expostulans, hoc prefer-
tim est allocut⁹ sufficienti exhortatione conciliū, vt ecclesiastice discipline que cōgruunt & corrigē-
dis moribus que conueniunt tract⁹ nostri euidentia sancirētur, Deinde religiosi votis sue clementie
quibus subueniendum miseris definiuit, synodali cōuentu confirmanda cōmisit, offerens videlicet sa-
cris pontificibus tomum obsecrans pariter & cōtestans, vt quicquid illic venustioris esset calami re-
spersione cōgestū synodalis potētie cōderetur ordine titulorū. Tunc nos p̄ suscepto a principe tomo
gloriam dedimus deo, et eidem principi benediximus glorioso. Idem tamen princeps postq̄ votorum
suorum actionem peregit, a conuentu concilii graciosus exiuit, Tunc post presentie principalis abscef-
sum, hoc in tomi ipsius allegatione reperimus exaratum.

IN nomine domini Flauius eringius rex, sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus,
Ecce sanctissimi religiosa pietate excolendi pontifices & diuini cultus instantissimi sectatores, corā
cetis vestri reuerentia humilis deuotusq; prosternor. Rediuis assisto, promptus astipulor, primū de
conuentus vestri aggregatione patri luminū gratiarū copiam soluens, deinde votorū meorum studia
vestris iudiciis dirimenda cōmittens, Nec enim fas est, quemq; etiam si nondum sit opus, sine colle-
gio agere, cū multa tātū permisit deus bona cū cōcilio bonorū egisse, vnde vt breui exhortatiōe pero-
rem, vota mea quibus remedia pietatū exercere delector sensibus paternitatis vestre agnoscenda in-
nuo. Que tamen ne obliōe quadā memoriā fugiant, & relationi proprie curarū intercapedo subdu-
cat, in cuius tomi cōplicatione accipite annotata, Illud primū volenti mihi miseris parcere, cōuenit
intimare, quod diuulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostre gremiū cona-
mur reducere, Etenim retroactis diue mēorie precessoris nostri Vuambe regis temporibus que in pro-
fanatorib⁹ patrie, qui cū paulo quodā tyrānidē assumpserunt illata est sentetiā vltionū, qui per iudiciū
vniuersalis edictū amiserunt testimonium, rebusq; proptiis caruerunt, que cuncta vestre sanctitudinī
nota sunt, quos tñ & in collegio societatis nostre recipere, & rebus quibus fas fuerit deuouimus de-
uestire, Nam & de accusatis modū volumus ponere iustissime perquisitionis, quo siue de religiosi si
ue de laicis quisq; accusationes cuiusq; studio fuerit propulsatus non occultis fraudibus, vel violentiis
cōprimatur nec clam professione violēter arceatur, sed in cōmuni omniū examine iudicetur, quo se-
cundum publice professionis sue tenorem aut offensibilis debitas damnationis penas excipiat, aut
innocens ex iudicio omniū cōprobat⁹ clarescat, Nā quid iam de tributorū fiscaliū exactionibus re-
feram, quorum redhibitiōes tantis debitorum cumulis increuerunt, vt exigi penitus iubeantur & sta-
tus subruatur fundit⁹ populorū, & fragmine collisionis eorum vltimū terre sentiat proprie p̄laptionis
excidiū. Vnde talibus nō solum priuatis, sed etiam fiscalibus seruis remedia pietatis preoptans no-
stra gloria affluenter impēdere, vt omnes tributorum exactiones que apud illos de retroactis tempori-
bus adiacent, vsq; ad primum annū mansuetudo nostra illis remittendas laxauit, & stilo proprie au-
ctoritatis sacrosancto cetui nostro relegendas elegit, Illud quoq; adiiciens loquar quod votis nostris
horribile & animis execrabile est semper, Ignobilitatis conditio libertorum vel seruorum, & adequata
gentis nostre statum degenerat, ob quam rem hoc nostre glorie animis placet, vt exceptis fiscalib⁹ ser-
uis vel libertis abrasa deiceps huius male presumptiōis licentia nullus qui ex seruitute quorumlibet
seruus sit vel libertus ad palatina officia transeat, Quod si fecerit illic seruiturum proculbio recluden-
dum se nouerit, quo aut cōditionis proprie originē sumpsit, aut libertatis titulū reportauit, His voto-
rum meorū insinuationibus allegatis queso vt fortia paternitatis vestre adiutoria prerogetis, Luce enī
clarius constat, quod aggregatio sacro sancta pontificum quicquid censuerit obseruandum per san-
cti spiritus donū omnino est ad eternitatē prefixū, Et ideo vniuersitatem paternitatis vestre sub-
limium virorum nobilitatem, qui ex aule regalis officio i hac sancta synodo nobiscū sessuri preelecti

N.iiii.

sunt, obtestor pariter & cōiuro atq; per ineffabile illud sacramētū cōuenio, vt quisquis in medio vestri se iudicandū vel retractandum inuenerit, tam que per nos dicta quā etiā cetera que vestris auditibus se ingesserint audiēda communi vigore iusticie & temperamento mie dirimere procuretis, quo cū omni reuerentia patrum precedentium regulis subditi totius vnauinitatis vestre sententia non aliunde q̄ ex veritatis fonte procedat. Sicq; & his que premissa sunt solidū deliberationis stilum prōptissime apponatis, & reliqua adhuc que necessaria sunt in peragendis ecclesiastice regule disciplinis & dirimenda tractetis, & dirēpta religiosioribus diligenter conscribatis, qualiter dum doctrinam dispergitis salutarem in populis christū dominū in cumulādo iusticie fructu capiat, vt vobis predicatibus & implētibus & que diuinis oculis complacent, & que nobis proficiāt semper agere valeam. Sit vtriusq; parentibus in hoc seculo, de lucro animarū ineffabile gaudium, & in futuro de peruentione eternitatis premiū inconuulsum, Datū sub die quinto nonas nouembris, anno fediiter quarto regni glorie nostre in dei nomine toleto. Perlecto ergo coram cunctis Tomi necessarie institutionis exorsu prius de fide sancte trinitatis sermocinationis nostre cepit esse principiū, profitētes pariter & credētes ea que de hac sancta trinitate & euangelia tradunt, & apostolorum sanctiones instituunt, sicut nicena synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut constantinopolitana definitio sanxit, vel primi ephesini cetus atq; calcedonēsis euidentis doctrina constituit, iuxta quod etiā sacro sancti symboli elucubrata professio daret que in missarum solemnitatibus patula cunctornū acclamatur fidelium voce.

¶ Fides niceni concilii.

A **C**redimus in vnum deum patrem omnipotentē factorem celi & terre, visibiliū oim & inuisibiliū conditorem, & in vnum dominū iesum christum filium dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factū, omouisioni patri, hoc est eiūdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt, que in celo & que in terra, qui propter nos & propter nostrā salutē descendit, & incarnatus est de spiritu sc̄to ex maria virgine, homo tactus passus est sub pontio pilato, sepultus tertia die resurrexit, Ascēdit in celos, sedet ad dexterā patris, iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos. Cuius regni nō erit finis. Credimus in spiritum sanctum dominū & viuificantem ex patre & filio procedentem, cū patre adorandum & glorificandū, qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam atq; apostolicā ecclesiam. Cōfitemur vnū baptisma in remissionē peccatorum, expectamus resurrectionē mortuorū & vitā futuri seculi. Amē.

B **P**ost huius sancte fidei dispositam scripturā quasi super solidissimā petram ceterorum sequentiū cōstruximus fabricā, vt firmitate inconuulsi bili durent, que super fundamentū vere fidei fuerit perhenne cōstructa, vnde & has omniū i cōmune sententias quas principis hortatu construendas accepimus, cōmuni voto edidimus, quas etiam eterno reuerentie vigore obseruandas fore censemus.

¶ Concilium toletanum decimum tertium explicat.

INCIPIT CONCILIVM BRACCARENSE PRIMVM ERA. DLXIX. ANNO TERTIO ARIAMIRI REGIS KALENDIS MAIL.

C



ANNO TERTIO ARIAMIRI REGIS KALENDIS MAIL Cum gallicie prouintie episcopi Lucretius, andreas, martinus, Cottus, hilderic⁹, luceti⁹, Timothe⁹, maliosus ex preceptis prefati gloriosissimi Ariamiri regis, in metropolitana eiūdem prouintie ecclesia conuenissent, confidentibus simul episcopis, presentibusq; presbyteris, assistantibusq; ministris, vel vniuerso clero, lucretius memorate metropolitane ecclesie episcopus dixit, Diu est sanctissimi fratres quod secundum instituta venerabilium canonū & decreta catholice & apostolice discipline desiderabamus sacerdotalem inter nos fieri debere conuentum, quia non solum ecclesiasticis regulis & ordinibus opportunam, sed stabilem etiā semper efficit charitatis fraterne concordia, dū cōgregati simul in nomine domini sacerdotes ea inter se salutarī collatione requirunt, que secundum doctrinā apostolicā vnitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc ergo quādo optatum nobis huius congregationis diem gloriosissimus atq; piissimus filius noster aspirante sibi domino utiliter commendauit prius de statu fidei, (sicut superius dictū est) coferamus, nam licet iam olim priscilliane heresis contagio in hispaniarū prouintiis detecta sit & damnata, ne quis tamen per ignorantia, aut aliquibus (vt assolet) scripturis decept⁹ apocriphis aliqua adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus

fit infectius, manifestius ignaris hominibus declaratur, quia ipsi in extremitate & in ultimis huius provincie finibus constituti aut exigua, aut pene nulla recte eruditionis noticia contigerunt. Credo autem vestre beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quando in regionibus nefandissime priscilliane secte venena serpebant, Beatissimus papa urbis Rome Leo qui quadragesimus fere apostoli petri successor extitit per turpium notarium sedis sue ad synodum gallie contra impiam priscilliane heresis lectam scripta sua direxit. Cuius etiam precepta tarraconenses & carthagenenses episcopi, lusitani quoque & betici facti inter se concilio regulam fidei contra priscillianam heresim cum aliquibus capitulis conscribentes ad baleonium tunc huius braccarensis ecclesie presulem direxerunt, unde quia & ipsum prescripte fidei exemplar cum suis capitulis pre manibus hic habemus, pro instructione ignorantium (si vestre placeat reverentie) recite. Omnes episcopi dixerunt, Valde necessaria horum capitulorum est lectio ut dum simplicioribus quibusque pristina sanctorum instituta panduntur, abominata iam olim a sede beatissimi Petri apostoli, & damnata Priscilliane heresis signata cognoscatur, lectum est exemplar fidei, cum capitulis suis que ne prolixitatem faceret his gestis minime sunt inserta. Post lectionem capitulorum licet lectio necessaria recensita est, tamen evidentius & simplicius ea que sunt execrabilia ita positus etiam capitulis modo declarantur, ut qui minus est eruditus intelligat, & sic anathematis sententia explosa iam priscillianam erroris signata damnetur, ut quisque clericus vel monachus siue laicus tale aliquid sentire adhuc, vel defendere fuerit deprehensus, tanquam vere putridum membrum continuo de corpore abscindatur, catholice ecclesie, ne aut societatis siue prauitatis eius macula a recte credentibus de promixtione talium aliquid orthodoxis reputetur opprobrium. Proposita contra priscillianam heresim capitula & relecta continent hec.

*Leo papa hyspanis
scripsit contra priscillianam
heresim*

Capitulum primum.

Si quis patrem & filium & spiritum sanctum non confitetur tres personas unius substantie & virtutis ac potestatis sicut catholica & apostolica ecclesia docet, sed unam tantum ac solitariam dicit esse personam, ita ut ipse sit pater qui filius, etiam sit paracletus spiritus sicut sabellius & priscillianus dixerunt, anathema sit.

Capitulum secundum.

Si quis extra sanctam trinitatem mala nescio que diuinitatis nomina introducit dicens, quod ipsa diuinitas sit trinitas sicut gnostici & priscillianus dixerunt, anathema sit.

Capitulum tertium.

Si quis dicit filium dei dominum nostrum antequam ex virgine nasceretur non fuisse sicut Paulus apostolus & iohannes & priscillianus dixerunt, anathema sit.

Capitulum quartum.

Si quis natale christi secundum carnem non vere honorat, sed honorare simulat se, ieiunans in eodem die vel in dominico quia christum in hominis natura esse non credit, sicut Cerdon, martion, manicheus & priscillianus dixerunt anathema sit.

Capitulum quintum.

Si quis animas humanas, vel angelos ex dei credit substantia extitisse, sicut manicheus & priscillianus dixerunt, anathema sit.

Capitulum sextum.

Si quis animas humanas dicit prius in celesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terra deiectas sicut priscillianus dixit anathema sit.

Capitulum septimum.

Si quis dicit diabolum non fuisse prius angelum bonum a deo factum, nec dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emeruisse non aliquem sui habere autorem, sed ipsum esse principium absque substantia mala sicut manicheus & priscillianus dixerunt, anathema sit.

Capitulum octauum.

Si quis credit quod aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates & siccitates ipse diabolus sua auctoritate facit sicut priscillianus dixit anathema sit.

Capitulum nonum.

Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi sicut pagani & priscillianus dixerunt anathema sit.

Capitulum decimum.

Si quis duodecim signa id est sidera que mathematici obseruare solent per singula anime vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus patriarcharum ascripta dicunt sicut priscillianus dixit, anathema sit.

Capitulum undecimum.

Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut manicheus & priscillianus dixerunt anathema sit.

Capitulum duodecimum.

CONCILIVM BRACCARENSE PRIMVM.

- A ¶ Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit figmentū esse, & conceptiones in vteris matrum operibus dicit demonum fieri, propter quod resurrectionē carnis non credit, sicut Manicheus & priscillianus dixerunt, anathema sit. Capitulum decimum tertium.
- B ¶ Si quis dicit creationem vniuersę carnis non opificum esse dei, sed malorum angelorū sicut manicheus & priscillianus dixerūt, anathema sit. Capitulum decimum quartum.
- C ¶ Si quis imundos putat cibos carnū quas deus in vsu hominū dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quia immundiciam putauerit. ita abstineat ab eis, vt nec olera cōcta cum carnib⁹ per gustet. sicut manicheus & priscillianus docuerunt, anathema sit. Capitulum decimum quintum.
- D ¶ Si qui clericorum preter matrem aut germanam vel etiam que proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quia adoptiuas feminas secum retinent, & cū ipsis habitant sicut prisciliani secta docuit, anathema sit. Capitulum decimum sextum.
- E ¶ Si quis quinta feriā paschali que vocatur cena domini hora legitima post nonam ieiunus in ecclesiis missas non tenet, sed secundū sectam prisciliani festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorū soluto ieiunio colit, anathema sit. Capitulum decimum septimum.
- F ¶ Si quis scripturas quas priscillianus secundum suū deprauauit errorē, vel tractatus dictiniū quos ipse dictinius anteq̃ conuerteretur scripsit, sub nomine patriarcharum prophetarū & apostolorum & suo errori consona cōtinxit legit, & impia eorum figmenta sequitur aut defendit, anathema sit. Capitulum decimum octauum.
- G ¶ Propositis his capitulis & relectis Lucretius ep̃s dixit, Quoniam etiā ea que a catholicis abominata sunt & damnata manifestius & apertius etiā ignorantibus declarata sunt, necessarium post hoc arbitror si vestre fraternitati videtur, vt instituta nobis sanctorum patrū recensitis antiquis canonibus innotescant, que & si non omnia certe vel pauca, que ad instructionem clericali discipline p̃tinent relegantur. Omnes ep̃scopi dixerūt, placet hoc edictū & cōgrua res est, vt quib⁹ fortasse & per incuriā abolita sunt ecclesiastica cōstituta, audiant sanctorum canonū regulam & obseruent, relectis ex codice coram concilio tam generalium synodorū canonibus quā localium. Post quorum lectionem Lucretius ep̃s dixit, Ecce ex ipsa canonum lectione cognoscat sancta fraternitas vestra non solum generalibus cōciliis, sed & in localibus congregatos simul sacerdotes vno consensu ea que ecclesiastico conueniebant ordini statuisse, & secundum quod vniuscuiusq̃ rei expetebat ratio prospexisse sequentes sententiam doctrine apostolice dicētis, probate que bona sunt & tenete, si ergo placet charitati vestre quia sunt aliqua ecclesiastice institutionis obsequia, que in hui⁹ presertim extremitate prouintie non per cōtentionem quod absit, sed magis (sicut p̃fati sumus) uiuant per incuriā, aut per ignorantiam constituamus quedam inter nos capitula: vt que non vno modo tenentur a nobis ad vnā omnino formulā reuocetur, oēs ep̃scopi dixerūt, Necessariū & valde vtile arbitramur, vt ea que apud vnū quēq̃ nostrū varia & inordinata cōsuetudine retinentur, vnito inter nos dei gratia & concordia celebrentur officio. Et ita quod illud est magnū vel paruum quod variari videmus, ad vnā (sicut dictum est) formulā p̃fixis rationabiliter capitulis reuocetur, precipue cum & de certis quibusdam causis instructionē apud nos sedis apostolice habeamus, que ad interrogationes suas quondam venerande memorie p̃ecessores tui prudentia p̃futura ab ipsa beatissimi Petri, accepit cathedra, Lucretius ep̃scopus dixit. Recte fraternitas vestra auctoritatem sedis apostolice recordata est, que licet eodem tempore innotuerit quo directa est, tamen pro firmitate testimonii & instructionē multorū (si vestre vniuersitati cōplacet) quia p̃manibus est, coram omnibus legatur, omnes ep̃i dixerūt. Iustum est vt quia mentio ipsius auctoritatis est habita que est eius doctrina a cōstantibus audiat. Relecta est auctoritas sedis apostolice ad quendam profuturū directa ep̃m, que propter prolixitatem his gestis minime est inserta, post cuius lectionem Lucretius ep̃s dixit, Manifestū patet apostolicā nobis opitulari doctrinam, & ideo sicut fraternitas vestra p̃dixit, si quid per ignorantiam apud quosdā variatur, ad vnā formulā concordie regula p̃scriptis inter nos capitulis astringatur, proposita sunt capitula que continent hec. Capitulum decimum nonum.
- H ¶ Placuit omnibus communi consensu, vt vnus atq̃ idem p̃fallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officiis teneatur & non diuerse ac priuate monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permixte. Capitulum vigesimum.
- I ¶ Item placuit vt per solemniū dierum vigilias, vel missas omnes easdem & non diuerfas lectiones in

aut soritas Ro: sedis

huc non seruatur

nes in ecclesia legant.

Item placuit vt non aliter episcopi & aliter presbyteri populū, sed vno modo salutent dicentes, dominus sit vobiscum, sicut in libro Ruth legitur, & vt respondeatur a populo, & cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis apostolis traditum omnis retinet oriens, & non sicut priscilliana heresis permutauit.

Capitulum vigesimum primum.

Item placuit vt eodem ordine missae celebrentur ab omnibus quo profuturus quodam huius metropolitane ecclesiae episcopus ab ipsa apostolice sedis auctoritate suscepit scriptum.

Capitulum vigesimum secundum.

Item placuit vt nullus eum baptizandi ordinem pretermittat, quē & antea tenuit metropolitana braccarensis ecclesia, & pro amputanda aliquorū dubietate predictus prefatus episcopus scriptū sibi & directū a sede beatissimi Petri apostoli suscepit.

Capitulum vigesimum quartum.

Item placuit, vt conseruato metropolitani episcopi primatu ceteri episcoporum secundum sue ordinationis tēp⁹ alius alio sedēdi deferat locū.

Capitulum vigesimum quintum.

Item placuit, de rebus ecclesiasticis tres equae fiant portiones, id est vna episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione vel in luminariis ecclesiae. De quarta parte siue archipresbyter, siue archidiaconus illam administrans episcopo faciat rationem.

Capitulum vigesimum sextum.

Item placuit vt nullus episcopus clericū alterius ordinare presumat, sicut & antiqui canones vetuerunt, nisi forte signata ipsius scripta suscepit.

Capitulum vigesimum septimum.

Item placuit quia aliquanti huius prouinciae ecclesiae suis diacones absconsis infra tunicam vtuntur orariis, ita vt nichil differre a subdiacono videantur, vt de cetero superpositis scapulis sicut decet vtantur orariis.

Capitulum vigesimum octauum.

Item placuit vt nō liceat cui libet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis nisi his qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

Capitulum vigesimum nonum.

Item placuit vt lectores in ecclesia in habitu seculari ordinati non psallant neque granos gentili ritū dimittant.

Capitulum trigessimum.

Item placuit vt veteris testamenti nihil poetice compositum in ecclesia psallatur, sicut & sancti precipiant canones.

Capitulum trigessimum primum.

Item placuit vt ingredi ad communicandum non liceat sacrarium laicis viris vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut & antiquis canonibus institutum est.

Capitulum trigessimum secundum.

Item placuit vt quicumque in clero cibo carniū non vtuntur, pro amputanda suspitione priscilliane heresis vel olera cocta carnis tantū pregustare cogantur, Quod si contempserint secundum quod de talibus sancti patres antiquitus statuerunt, necesse est pro suspitione heresis, huius officio excommunicatos omnimode remoueri.

Capitulum trigessimum tertium.

Item placuit, vt qui pro heresi aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare presumat, sicut & antiqua canonum continent statuta, quod si quis spernit voluntarie se ipsum aliena communione facit.

Capitulum trigessimum quartum.

Item placuit vt hi qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per precipitium, aut suspensum, aut quolibet modo violentie inferunt mortē, nulla pro illis oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur, multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurpant, Similiter & de his placuit fieri qui pro suis sceleribus puniuntur.

Capitulum trigessimum quintum.

Item placuit vt cathecumini sine redēptione baptismi defunctis similimodo nō oblationis commemoratio, neque psallendi impendatur officium, nam & hoc per ignorantiam vsurpatum est.

Capitulum trigessimum sextum.

Item placuit, vt corpora defunctorū nullomodo iter basilicā sanctorū sepeliant, sed si necesse est de foris circa murū basilicę vsq; ad eū nō abhorreat. Nā si firmissimū hoc priuilegiū vsq; nūc retinet ciuitates, vt nullomodo intra ambitū murorū cuiuslibet defuncti corp⁹ sit hūatū, quātomagis hoc venerabilū martyriū debet reuerētis obtinere.

Capitulum trigessimum septimum.

Item placuit vt si quis presbyter post hoc iterdictū ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altarium consecrare a suo officio deponatur. Nam & antiqui canones hoc vetuerunt.

Capitulum trigessimum octauum.

A consuetudo salutandi dominū volens ex libro scripta ab apostolis fluxit

B Apostolica sedes

C

D ordo seruandi episcoporum

E In quatuor portiones bonae ecclesiae distribuuntur

F

G

H

I

K. N.

L

M

N

O

P

Q

R

Q. In ecclesia mortuos nō sepeliendos nec in castris

CONCILIVM SECVNDVM BRACCARENSE.

no de p^r ordinari q^d annu^m
in munerib^{us} ordinib^{us} no fuerit

A Item placuit vt ex laico ad gradū sacerdotii nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorū vel diaconatus disciplinā ecclesiasticā discat. & sic per singulos gradus erudit⁹ ad sacerdotiū veniat, nam satis reprehensibile est, vt qui nondū didicit iam docere presumat, dum & antiquis hoc patrū institutionibus inreductum sit.

Capitulum trigessimum nonum.

B Item placuit vt si quid ex collatiōe fidelū aut per festiuitates martyrum, aut per cōmemorationē defunctorū offeratur, apud vnum clericorū fideliter colligat⁹, & cōstituto tempore, aut semel, aut bis in anno inter omnes clericos diuidatur, nā nō modice ex ipsa iequalitate discordie generantur, sic vnusquisq^{ue} in sua septimana quod oblatum fuerit sibi dependat.

Capitulum quadagesimum.

C Item placuit vt p̄cepta antiquorū canonū (quomodo in concilio recitata sunt) nullus audeat p̄terire, si quis aut cōtumax transgredit⁹ ista, necesse est vt de suo degradetur officio. Relictis capitulis lucetius episcopus dixit, Quia opitulante domino nobis ea que infirmitatē catholice & orthodoxe fidei, vel que ad officium ordinis ecclesiastici pertinebant vnanimi (sicut oportebat, collatione decreuimus, restat nunc vt ex omnib^{us} his que dei gratia salubriter instituta sunt propriam vnusquisq^{ue} nostrū studeat docere, atq^{ue} informare diocesim. Si quis autem ex nobis in parrochiis suis post agnita huius concilii instituta aut clericū aut monachū sane huic doctrine resistentem iuenerit, aut in aliquo adhuc priscilliane secte errore latitare persenserit, & non cōtinuo illū excommunicatum & anathematizatum de ecclesia eiecerit foras (ita vt cū huiusmodi homine nec cibū aliquis fidelis sumere, nec cōmunicare presumat), noverit se is qui talē receperit, fraternaliter esse excommunicationi obnoxium, & diuine p̄culdubio sententie reum. Omnes ep̄i dixerunt. Quicūq^{ue} a nobis vnito per dei gratiā consensu decreta sunt, per uigilantē sollicitudine obseruetur. Que vt stabilitatē placite constitutionis obtineat firmitatem, propria vnusquisq^{ue} his gestis manu subscribat. Et post ep̄orum subscriptio subsecuta est, Lucretius ep̄s subscripsi. Andreas episcopus subscripsi. Martius episcopus subscripsi. Cottus ep̄s subscripsi. Hildericus ep̄s subscripsi. Lucentius episcopus subscripsi. Timotheus ep̄s subscripsi. Maliosus ep̄s subscripsi.

Explicit concilium Braccarense primum.

INCIPIT SECVNDVM.

D **R**EGNANTE DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO CVRrente era, DC. X. anno secundo regis ariamiri, die decimo octauo kalendarū Ianuariarū cū galliie p̄uincie ep̄i tam ex braccarensi quā ex lucensi synodo cū suis metropolitanis p̄cepto prefati gloriosissimi regis simul in metropolitana braccarensi ecclia cōuenissent, id est Martin⁹, Nitigis Remisol, Andreas, luceti⁹, Adoriet vectimer, sardinaris, Viator, Auila Polem⁹ Mailloc, cōsidentib^{us} simul ep̄is atq^{ue} vniuerso clero presente Martinus braccarensis ecclie ep̄s dixit, Inspiratione hoc dei credam prouenisse sanctissimi patres vt per ordinationē gl̄iosissimi filii nostri regis ex utroq^{ue} cōcilio cōuenire in vnū, vt non solū de uisione alterutra gratularemur, sed etiā ea que ad ordinationē & disciplinā ecclesiasticā pertinet pariter colloquamur. Scriptū est enim in euāgelio dicente domino. Vbi cūq^{ue} fuerint duo vel tres in noīe meo cōgregati, ibi ero in medio eorū. Nitigis lucensis ecclie ep̄s dixit. Nec aliud potest credi nisi ea que ad utilitatē nostrarū pertinent animarum diuina inspiratione & inchoari, & perfici oportere.

E **T** ideo vnanimis oēs atq^{ue} id ipsum in domino sentiētes, quicūq^{ue} ad instructionē nostrā pertinet, in mediū prolata desideramus agnoscere. Martinus ep̄s dixit. Arbitramur vestrā beatitudinem recordari quia cū primū in ecclesia braccarensi ep̄orum cōcilium cōgregatū est, post multa que ad concordiam uidei fuerant roborata, aliqua etiam que regularum sanctorū canonum continent discretionem firmauimus. Quorum utilitas vt possit euidentius in memoriā reuocari. ipsa si vobis placet epistola vestra i presentia relegatur, omnes episcopi dixerunt, Oportet omnimode vt in omnium auribus qui hic assunt recitetur. Recitatis ergo capitulis superioris concilii que ne prolixitatē facerent his gestis sunt inserta, Martin⁹ ep̄s dixit. Hec ergo que modo sunt recitata q̄ nobis tūc aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt uisa auxiliante deo ordinentur & suā immobiliter obtineant firmitatē, que aut tunc in memoriā non uenerunt, aut onerosum fuit in illo primo cōcilio multa simul ingerere, necessariiū uidetur modo ad notitiā sc̄te charitatis deferri eis specialiter p̄spectis, vt spiritali ventilata examine purgentur, sancti enī patres precessores nostri aut ḡnales synodos vndiq^{ue} colligi p̄ vnitate recte fidei fecerunt

dei fecerunt, sicut in nicea contra Arrium trecenti decem & octo, & in constantinopoli centum quinquaginta contra Macedonium, & in epheso contra Nestorium ducenti, & in calcedona contra Euticum sexcenti triginta, aut certe speciales synodos per suas vnusquisque prouincias pro refecandis contentionibus vel emendandis aliquorum negligentis collegerunt, & prout euentus culparum, aut qualiscunque excessus exegit per singulas quasque diuinas canonum sententias mediante inter eos dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos relegere & tenere, & quia opitulante christi gratia de vnitatem, & rectitudine fidei in hac prouincia nichil est dubium, nobis modo specialius est agendum, ut si quid fortasse extra apostolicam disciplinam per ignorantiam, aut per negligentiam reprehensibile inuenitur in nobis, recurrentes ad testimonia sanctarum scripturarum, vel antiquorum canonum instituta adhibito communi consensu animi que displicuerint rationabili iudicio corrigamus. Et primum si placet relectis beati Petri apostoli preceptis que pro regula sacerdotum in sua epistola euidenter adscripsit, quicquid non eodem tenore sicut princeps apostolorum edocuit agi videtur a nobis, si ne vlla cunctatione ad emendationem deducere festinemus, ne forte dum aliis predicamus ipsi reprobi effecti diuino illo condemnemur eloquio dicente, Tu vero odisti disciplinam, & pericisti sermones meos post te, Omnes episcopi dixerunt, Cupimus memorata apostoli Petri epistolam ad locum afferri ipsum ubi sacerdotes decet audire. Tunc allato libro hec ex eadem epistola recitata sunt, Seniores obsecro consenior, pascite qui in vobis est gregem dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundum dominum, neque turpis lucris gratia sed volutarie, neque dominantes in clericis, sed forma facti gregi & ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiat immarcescibilem glorie coronam, His relectis omnes episcopi dixerunt, Cognitis his que ex epistola beati Petri apostoli sunt recitata desyderamus auxiliante dei gratia diuinis obedire preceptis, & apostolice epistole que nobis recitata est in his omnibus formulam imitari, ne forte in aliquibus inordinate ambulantes diuino (quod absit) iudicio condemnemur, sed sanctorum patrum vestigia subsequentes in ipsorum requie mereamur esse participes, & immarcescibilem illam glorie coronam que repromissa est, cum ipsis percipere mereamur. Ob hoc ergo tuam simul omnes deposcimus charitatem, ut has omnes causas singulis capitulis breuiter comprehensas, vel qualiter corrigi debeant his gestis subter annectas, Que cum studiosius relecta & in notitiam omnium nostrum euidenter fuerint perducta, propria vnusquisque manu pro eorum emendatione & confirmatione subscribat, ut non solum nobis, sed etiam successoribus nostris hec ad perfectionem episcopalis officii decreta proficiant.

Capitulum primum.

Placuit omnibus episcopis atque conuenit, ut per singulas ecclesias episcopi & dioceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel missarum qualiter officia in ecclesia peragant, & si recte quidem inuenerint, deo gratas, sin autem minime, docere debent ignaros, Et hoc modis omnibus precipite sicut antiqui canones iubent, ut ante dies viginti baptismi ad purgationem exorcismi concurrant cathecumini, in quibus viginti diebus omnes cathecumini symbolum quod est, Credo in deum patrem omnipotentem specialiter doceantur. Postquam ergo hec suis clericis discusserint vel docuerint episcopi alia die convocata plebe ipsius ecclesie doceant illos ut errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, id est homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri alteri non faciant, & ut credant resurrectionem omnium hominum, & diem iudicii in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit, Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiatur ad aliam.

Capitulum secundum.

Placuit ut nullus episcoporum per suas dioceses ambulans preter honorem cathedre sue, id est solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat, sed illic tertia pars pro luminaribus ecclesie vel recuperatione seruetur, & per singulos annos episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen & sacra tecta abstulit ecclesie, Similiter ut parochiales clerici seruii more in aliquibus operibus episcopis seruire non cogantur, quia scriptum est, neque ut dominantes in clero.

Capitulum tertium.

Placuit ut de ordinatione clericorum episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante deo accipiunt, gratis dent, Non in aliquo precio gratia dei, & impositio manuum venundetur, quia antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens, Anathema

O. i.

Modus visitandi dioc.

Mos in cathecuminis

B

N

C

CONCILIUM BRACCARENSE SECVNDVM.

lit danti & accipienti, Propterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxii sancto indigni ministrantes altari non hoc testimonio bonorum actuum, sed prousione munerum obtinent. Oportet ergo non per gratiam munerum sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

Capitulum quartum.

*Balsamum in baptismo pro
g. nihil p. exigi*

A Placuit ut modicum balsami quod benedictum pro baptisimi sacramento per ecclesias datur, quia a singulis tremisses pro ipso exigi solent, nichil ulterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per inuocationem sancti spiritus consecratur, sicut Symon magus donum dei pecunia voluit emere ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

Capitulum quintum.

*Non conueniunt ecclesie sine
dote nec aliud pro consecratione
exigendum, sed dote non respicienda*

B Placuit ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi inuitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit non respuatur, Si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nichil exigetur ab illo, Attamen vnusquisque episcoporum meminerit, ut non prius deducat ecclesiam, nisi antea dotem basilice & obsequium ipsius per donationem cartule confirmatum accipiat. Nam non leue est ista temeritas sine luminariis vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem seruituri sunt, tanquam domus priuata consecratur ecclesie.

Capitulum sextum.

C Placuit si quis basilicam non pro deuotione fidei, sed pro questu cupiditatis edificat, ut quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium ut clericis diuidat, eo quod basilicam in terra sua questus causa condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cetero obseruari debet ut nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec basilicam que non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

Capitulum septimum.

D Placuit ut vnusquisque episcopus per ecclesias suas hoc precipiat, ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto suscipiatur ab eis. Si vero per necessitate paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illi pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes filios a baptismo retrahunt, qui forte differunt, Si sine gratia baptismi de hac vita reuenerint, necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes a baptismi gratia se retraxerunt.

Capitulum octauum.

E Placuit ut si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum preceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo, Quod si non potuerit datis testimoniis approbari quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

Capitulum nonum.

Mos nuncandi pasche

F Placuit ut priusquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud obseruetur ut superuenturum ipsius anni pascha quo kalend. die vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo nuntietur, quod ceteri episcopi, vel clerus reliquus breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua ecclesia adueniente natalis domini die astante populo post lectionem euangelicam nuntiet, in cuius principio conuenientes in vnum vicine ecclesie per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes celebrant letanias, Tertio autem die celebratis hora nona siue decima missis dimisso populo precipiant quadragesime ieiuniis seruire, & mediante quadragesima ex viginti diebus baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

Capitulum decimum.

Missae a ieiuniis celebranda

G Placuit ut quia per stultitiam presumpti nuper erroris, aut certe ex veteris prescilliane adhuc heresis fetore corrupto cognouimus quosdam presbiteros in huius presumptionis audacia retineri, ut missas mortuorum etiam post acceptum merum vel oblationem ausi sunt consecrare, Ideoque hoc prefixe cuiusdam sententie admonitione seruetur, ut si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac uesania fuerit deprehensus, hoc est non ieiunus, sed quocumque cibo presumpto oblationem consecrauerit in altari, continuo ab officio suo priuatus a proprio deponatur episcopo, His ita gestis placuit omnibus pro confirmanda horum obseruantia vnumquemque propria manu subscribere, eo placitorum facto, ut si quis eorum capitulorum terminum transgressus ad inordinatas consuetudines reuertí voluerit, totius concilii excommunicatione correptus verissimam sibi de sui ordinis inclinatione nouerit imminere finem. Martinus bracca, metropolitane ecclesie episcopus his gestis subscripsi. Remisol bisensis ecclesie episcopus his gestis

his gestis subscripsi, Lucentius columbrigenis ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Adoriens ge-
tane ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Sardinarius lamucensis ecclesie episcopus his gestis sub-
scripsi, Viator magnatensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Alitigitis lucensis metropolitanus
ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Andreas herensis ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Anila-
tudentis ecclesie episcopus his gestis subscripsi, Pulensis asturicensis ecclesie episcopus his gestis subscri-
psi, Mailoc brittanorum ecclesie episcopus his gestis subscripsi. Victimer auriensis ecclesie episcopus
subscripsi.

Explicit concilium braccarense secundum.

INCIPIT PREFATIO SAN- CTI MARTINI BRACCARENSIS EPISCOPI IN LIBRO CAPITVLO- RVM EX GRECORVM SYNODIS COLLECTORVM.



DOMINO MEO BEATISSIMO ATQVE APOSTOLICE
sedis honore suscipiendo in christo fratri nigesio episcopo, vel vniuerso conci-
lio lucensis ecclesie episcopo Martinus, Canones qui in partibus orientis ab an-
tiquis patribus constituti sunt, greco prius sermone conscripti sunt, postea autē
succedenti tempore in latinam linguā translati sunt, Et quia difficile est, vt sim-
plicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam, simulq; & illud accidit, vt
in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes, aut dormitantes multa pre-
termittant, & propterea in ipsis canonibus aliqua simpliciorib⁹ videantur obscura. Ideo visum est vt
cum omni diligentia, & que per translatores obscuri⁹ dicta sunt, & ea que per scriptores sunt immu-
tata simplicius & emendatius restaurarem id primum obseruans, vt illa que ad episcopos, vel vniuer-
sum clerum pertinent vna in parte conscripta sint, similiter & que ad laicos pertinet simul sint aduna-
ta, vt de quo capitulo scire aliquis voluerit, possit celerius inuenire.

Capitulum primum.

- | | | |
|-------|---|---|
| i | De electione episcopi. | bi naturalia abscindunt. |
| ii | De ordinatione episcopi. | xxii De neophitis. |
| iii | De euacuanda ordinatione que absen-
te metropolitano fuerit facta. | xxiii De penitente nō admittēda ad clerū. |
| iiii | De primatu metropolitani. | xxiiii De his qui indiscussi, aut p̄byteri, aut
diaconi ordinati sunt. |
| v | De eo qui per ambitionem de inferiori
ciuitate ad maiorem transire voluerit. | xxv De p̄bris vel diaconibus qui post ordi-
nationem denotantur. |
| vi | De nō mutandis parochiis. | xxvi De his qui viduas, aut dimissas ducūt. |
| vii | De presumptione aliene diocesis. | xxvii De fornicatoribus clericis. |
| viii | De non constituendo ep̄o successore. | xxviii De his quorum vxores mechantur. |
| ix | De irruptione vacantis ecclesie. | xxix De viduis clericorum. |
| x | De episcopo per necessitatem vacante. | xxx De filia episcopi vel p̄bri que fuerit de-
uota, & peccauerit. |
| xi | De contemptore episcopo. | xxxi De deuota vel peccante que se marita-
uerit. |
| xii | De seditioso episcopo. | xxxii De subintroductis adoptiuis mulierib⁹
bus. |
| xiii | De episcopi presumptione in rebus ec-
clesie. | xxxiii De non recipiendis clericis, & de infir-
manda ordinatione eius qui sine ep̄i sui
licentia ab alio episcopo ordinatur. |
| xv | De rebus ecclesiasticis gubernandis. | xxxiiii De clericis desertoribus. |
| xvi | De rebus ecclesie dispensandis. | xxxv De importunis clericis. |
| xvii | De his qui de ministerio ecclesie aliquid
vendunt. | xxxvi De purganda opinione heresis. |
| xviii | De synodo faciēda. | xxxvii De clericis excommunicatis. |
| xix | De episcopo qui noluerit venire ad sy-
nodum. | xxxviii De p̄bris vt ad secundas non vadant
nuptias. |
| xx | De legitima etate ordinandi p̄bros. | |
| xxi | De eunuchis qui ab aliis fiunt, vel qui si | |

O.ii.